Διοικήσεις

Bollandi: AA.SS. Octobris v. 9 p. 544-5

In prima imperii Romani divisione, sub Augusto, e provinciis quatuordecim, ad confinia ejusdem imperii hinc inde pertinentibus, septima censebatur Moesia (in qua Dardani, Thraces et Daci erant), ab Istro seu Danubio ad Propontidis exitus Aegaeumque mare protensa.

In altera divisione, facta sub Hadriano vel certe paulo ante tempora Severi imp., Thraciae nomine designabatur regio, sex minoribus composita provinciis, ex quibus Thracica diocesis constabat.

Scilicet I provincia: Thracia;
II provincia: Haemimontum;
III Moesia inferior;
iv Scythia;
v Rhodope;
vi provincia Byzantium.

Qui provinciarum numerus, etsi non nihil mutato ordine, uniusque earum vocabulo, ut pro Byzantio provincia diceretur provincia Europae, a Constantino servatus idem fuit, auctore Lequien (Oriens Christ. tom. I, col. 1091 et sqq.):

In Thracia provinciae sex sub vicario Thraciarum;
I provincia Europae Consularis;
II provincia, Thracia Consularis;
III provincia, Haemimontus et reliquae Praesidiales;
iv Rhodope;
v Moesia secunda;
vi Scythia.

Aetate ergo Diocletiani, Heracleam proprie ad provinciam Byzantium spectasse apparet, nondum ejus mutato nomine in provinciam Europae.

Ibid. p. 543

Nam, ut observat iterum Eckhel (Doctrina numorum, tom. II, pag. 19, 20, 21, 41, 33), factum sub Antonino, ut deinceps Thraciae rectores non

(ἀποδοῦναι)

non amplius πρεσβευταὶ (legati) in numis vocarentur, sed ἡγεμόνες praesides, idque constanti lege, qua vero de causa incertum; quod idem testatur obtinuisse Heracleae et Hadrianopoli

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Διοιμηδή

Thracia facta provincia Romana.

Redegit autem in provinciam formam primus ex Romanis Augustus Imperator; ex occasione dissidii, quod inter fratrueles Cotys et Roemetalcem erat exortum; quorum alterius sibi filiam Romanus copulaverat.

Corn. Tacitus: Ann. Lib. iv. Cap. XLVI

Ex Gronovius: Thesaurus Graecorum Antiquitatum vol. VI. 2. 3433

Thracia Rom. rebellat.

Post quae tempora Tiberius Sycambrorum sive legionem sive cohortem praesidio inibi locatam habuit, cum Thraces rebellantes per Poppaeum Sabinum contudisset, unde scribit Corn. Tacitus lib. iv. Ann. cap. XLVI.

Lentulo Gaetulico C. Calvisio Coss. decreta Triumphi insignia Poppaeo Sabino, contusis Thracum gentibus, qui montium editis, inculti, atque eoferocious agitabant.

Causa motus, super hominum ingenium, quod pati delectus, et validissimum quenque militiae nostrae dare aspernahantur, ne regibus quidem parere nisi ex libidine soliti, aut si mitterent auxilia, suos ductores praeficere, nec nisi adversum accolas belligerare.

Actum rumor incesserat, fore, ut disjecti, aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur.

(Et subdit ibid. cap. XLVII)

At Sabinus, donec exercitus in unum conduceret, datis mitibus responsis, dum

Pomponius Labeo e Moesia cum legione, Rex Rhoemetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutaverant, veniret: addita praesenti copia, ad hostem pergit.
(Et concludens:)
Hi dum eminus grassabantur, crebra et multa vulnera fecere, propius accedentes, eruptione facta turbati sunt, receptique subsidio Sycambrae cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus cantum acarmorum tumultu trucem, haud procul instuxerat.
Translata dehinc castra hostem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus, quos nobis adfuisse memorari.

Et nominans postea munimenta illa, Tarsam et Thuresim, historiam prolixe describit.

Ita pacata Thracia, qui secuti sunt Imperatores civitates in ea maximas condidere Trajanus ac Hadrianus, quae adhuc conditorum nomine supersunt.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Διοικησεις

Wolfgangi Lazi Graeciae Antiq. Liber Primus Caput I

In Gronovius Thesaurus graecorum Antiquitatum v. VI. f. 342

Celebres vero a Romanis in ea provincia, cum Barbaris isthic jam Graeci coalvissent Praeturae distinctae fuere:

Circa Haemum quidem montem,
Dantelica,
Sardica,
Odicefica,
Selletica;
Et versus Macedoniam,
Maedica,
Drosica,
Caeletica,
Corpialica,
Cenica,
Bessica:

Et prope Perinthum, ubi trajectus est Constantinopolin ex Romania

Cersi
vernaculo sermone dictus

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ